

vas unum et mittere in illud manna vas unum
 quod singulariter et excellenter mundum
 esse debet. Ad hebreos decimo dicit aposto-
 lus vas illud esse unam auream debet enim
 cor quasi aurum esse mundissimum per mag-
 nam mundiciam quod capere debet celestem
 Alexander papa. Nichil in sacrificio maius
 esse potest quam corpus et sanguis christi nec
 ulla oblatio hoc potior sed omnes preclle
 quia pura conscia deo offerenda est et pura
 mente sumenda. **Tertium preparatum est**
 cōmōis deuotio p̄. **Deferunt et venit cons-**
 turnit et pane et ceteris. **xxiij.** Non com-
 medā donec loquar sermones cōmōis meas
 in sermone job. **iii.** Antequam comedā suspiro.
Quic maria magdalena et alie deuote p̄ce-
 tabant aromata dum quererent corpus xpi
 luce. **xxvi.** Sic nobis accesseris ad corpus
 domini prelibanda est orationis deuotio
 ut quod minus forte parati sumus per ieiunium
 et confessionem suppleat spiritualium aromas
 tum id est orationis oblatio. **y. pal. iij.** Ma-
 gna pars populi que sanctificata non fue-
 rat comedit phasē et orant pro eis rex eze-
 chias dicens. Dominus bonus precabitur eis
 quod minus sanctificati sunt. **Aug.** Quānis quis
 peccator incōdinat venialiter peccato cum
 non habeat voluntatem faciat de lacrimis
 et orationibus et confidens de dñi misera-
 ratione accedat ad eucharistiā intrepidus
 et securus. **Quantū ad scōm de modo**
 sumptionis notandum quod triplex est modus
 manducandi corpus christi scilicet sacramentalis
 tantum spiritualis tantum sacramentalis et
 spiritualis simul. **Ad hoc sane intelligenda**
 sciendum quod in cibo altaris duo sunt scilicet
 et sacramentū et virtus siue res sacramē-
 ti. **Sacramentum** ut dicit aug. de duobus
 constat visibilis panis et vini specie. **Et in**
 visibili carne xpi et sanguine. **virtus** vero si-
 ue res sacramenti est sanatio a damnatione
 mortis eterne. **Hanc virtutem sacramenti**
 crediderunt et spiritualiter gustauerunt omnes
 saluandi ab origine mundi et quotodie gus-
 tant boni christiani. **Sacramentū** vero al-
 taris. **i. visibilem speciem panis cum carne**
 manducant solum christiani. **Et hoc tam boni quam**
 mali sed modo dissimili quia mali mandu-
 cant sacramentum tantum. **i. subinuisibili spe-**
 cie panis christi corpus sed non manducant
 virtutem sacramenti spiritualement scilicet sa-
 lutem ad vitam eternam. **Boni vero man-**
 ducant utrumque simul scilicet sacramentum
 et virtutem sacramenti. **Et hijs patet tri-**
 plex modus manducandi xpm. **Primus sa-**
 cramentalis tantum. **secundus spiritualis**
 tantum. **Tercius spiritualis et sacramenta-**

lis simul. **Primo modo** manducant prauis
 christiani. **Secundo omnes saluandi.** **Tercio**
 soli boni christiani. **Primi** manducant et non
 manducant. **Secundi** vero non manducant
 et tamen manducant. **Tercij** mandu-
 cant et manducantur. **Primus 8^o modus**
 manducandi corpus christi sacramentalis tan-
 tum quomodo mali christiani manducant et
 tamen non manducant. **Manducant** quidem
 quia corpus christi sacramentaliter sumunt
 sed tamen non manducant quia virtutem
 spiritualement scilicet virtutem anime non percipiunt
Ecc. vi. Est aliud malum quod vidi sub sole
 et quidem frequens apud homines vir cui
 dedit diuitias et substantiam et honorē
 nec tribuit ei potestatem ut comedat ex eo
 sibi debitorum ultimo habemus altare de quo
 edere non habet potestatem qui tabernacu-
 lo deseruit id est peccatis carnalibus. **i.**
 chōinthēoz. **primo.** Non potestis mensē
 domini participes esse et mensē demonio-
 rum. **Gregorius.** Est quidem in peccatoribus
 et indignis lumentibus vera christi ca-
 ro et verus sanguis videlicet presentiali ex-
 istentia non salubri efficientia. **Et augusti-**
 nus. **Qui** discordat a christo nec manducant
 carnem eius nec bibunt sanguinem eius.
Et si tante rei sacramentum quotodie su-
 mat ad iudicium discordat a christo qui
 cordis affectum ab eo auertens ad peccata
 tum conuertit. **Et talis infelix** palos dicit po-
 test ad quem tam magnum bonum frequē-
 ter venit et nullum exinde spirituale lucrū
 percipit. **Secundus modus** manducandi
 christum est spiritualis tantum et isto mo-
 do omnes saluati ab initio manducauerunt
 et saluandi manducant. **Isti** vero non mā-
 ducant. **Ambrosius.** Non manducans man-
 ducat et manducans non manducat quia
 scilicet manducans spiritualiter aliquando
 non manducat sacramentaliter et e converso.
Tercius modus manducandi corpus
 christi est sacramentalis et spiritualis si-
 mul. **Quomodo** boni christiani comunicant
 et hoc facio manducant et manducantur.
Unde circa hunc modum duo possunt consi-
 derari. **Primo** magnitudo felicitatis bo-
 norum corpus christi digne sumentium.
Secundo ratio manducationis digne man-
 ducantium. **Primum** circa hunc modum
 est magnitudo felicitatis bonorum corpus
 christi sumentium. **Et probatur a tribus.** **Ab op-**
 time partis electione. **A spiritus sancti vera**
 participatione. **Ab ipis christi certa inhabi-**
 tatione. **Probatur** felicitas digne commu-
 cantium magna ex optime partis electione
 Quia sicut beata virgo tribus sibi ipsi